

Eorum quae hinc epistolis, ad Gallosim scripta reperis
nihil nunc attingo. fateor esse, ubi ab illis, ubi a te
dissentiam, et hanc quoque mihi libertatem ab aequitate
tua deberi censeo, donec pluribus edoctus in partes fortasse
tuas transiturus sum, fortasse te in meas te pertrac-
turus, quod licet vix sine risu a te legi sciam. Ser-
monis sane vel conviciis, ut Galli amant, nunquam
certabimus. In humanitate vero, et quali, haec argu-
menta decet, suavi musicaque sermonum reciproca-
tione. Sermorum inquam, Mi Banni, cum sic utriusque
otia successiva ferent; non literarum. Jam enim
ab epistolis ad Libellos extendere, ut periculi me
vides facere, cui nec otium hodie ista prosequendi
nec animus fuit. Ignosce recenti et calido ab episto-
larum tuarum lectione, et voluptate disserendi cum
amico pectore, facile abrepto. Equid porro in Gallia
curatum velis inter hunc et proximum Lunus diem
expecto. Vale vir doctissime et me ama. Haga
Com: XVII. Cal. Febr: C1D10C XLI.

Proximo affectu Tuus.
C. H.

Boxhornio

Doctissime Domine.

(296)

Silui ad illam pridem mihi perspectam, nunc autem
novis argumentis probatam humanitatem tuam,
donec doctior utroque munere factus clarius intelli-
gerem, quantum utriusque nomine deberem. Illud
nunc lectorem stilo et scriptore, et argumentis do-
cui, quorum ut ille politissimus perpetuum bene
dicendi exemplar tironibus nobis est, hinc validissi-
mis rationibus suffultas veritatem utriusque et
patriae existimationem asseris invictè et avare dete-
tas. Salmasio enim non dilucide minus quam
modeste (quod laude) probas, faenebrae mensas,
Traperitarum rem privatam et propriam, non vero
magistratus esse legibus patriis, quod erat demonstra-
dum, ut a procerum prudentia, quam ei maculam appli-
care satagit, nos arceamus. Malinerotio, si candorem
habet, ut doctrina non videtur expertus esse, jam
persuasisti, Laurentii Costeri inventum esse, incisos in

in Tabellam continuis novis cretas typos, et proclum proinde
 ut brevi argumentaris, et tenacis atramenti picem, ut
 sine quibus frustra typi fuissent. Appari adversario viro
 utique maximo, sed Burgundo, quid expectandum sit,
 facile divinamus, nimirum vinci velle nec doceri, nec
 vix minus. Cum altero, non jam facti sed juris questio
 superest. Inventorem Characteris incisi, proeli, atque
 atramenti auctorem Typographicæ sit, an qui his inventis
 alteri subreptis, aliquid sensim addiderit, quo nunc adfut
 facilius, ornatus, uberius rem Typographicam adminis
 tremus. Compromitte vero in quas voluerit arbitros, si
 libem contestatus, causâ cecidit, tametsi ut ingenia sunt
 horum hominum, ne quidem debellatas manus dabit, quod
 si vere haurior, atque insurgat demò, etiam atque etiam
 rogo, participem meo rescripti facias, ut magis dicam
 quid pertinacia possit, et succumbendi probare, ubi semel
 se præcipites in falsi patrocinium dederit, qui literas, præse
 ferunt humanas tractant, ut res est, maxime in humanas.
 Vale. Vir Amplissime et D: Henrico, ejus me valetudo
 perpetuo sollicitum habet, plurimam a me salutem dico
 Integerrimo affectu Tuo.
 Haga Com: 22. Jan. 1641. C. H.

Baronio.

Amplissime Domine.

(107)
 Secundas curas tuas ad censuram Thesaurarii fasciculis pu
 blicis inclusi, privatis tamen comitatus: quibus Mer
 senno etiam significavi, ferre me non a quo animo,
 abripi vos a via regia rationum Logicarum, scommatis,
 diceriolisque, qua ut ad rem non faciant, occupant
 respondentem tamen operâ nec ipsi gratâ nec lectori.
 Deinde, proorsus me non capere, quid sibi Censor ille
 velit, cum accentuum Gallicorum hæcenus mihi
 ignotis paradoxis, quibus elucidandi valde velim,
 quid paradigmatici proferat, si quid ad hæc opportune
 loquantur collato Futture Galli, curabo certior ut
 fias et tu quoque, quem hices inanijs vexari etiam
 atque etiam indignos. Habes hic Parannij Jesuitæ
 Tractatum, quod te nec doctiorem nec γαλλικωτερον
 faciet. Versiculis hices Gallicis, quos petisti, si quem
 ex artis tuæ fundamentis cantum aptas, ut
 Pæseos non ignavis, verborum dignitas mereri ju
 dicatur, modestè illum, et sine risâ vel convicio.
 eum eâ